



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XLI [i. e. XXXII]. De Oeconomio Eivs Rvdolffo & equitaturis eius, qualiter sit
eius vsus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

DE OECONOMO EIVS RV-
dolfo & equitaturis eius, qualiter
sit eis usus.

VIDAM œconomorum eius RUDOLFVS vir bonus ac prudens, ad eum propter domesticas causas veniebat, cumq[ue] pro explicandis rebus apud eum aliquandiu demoraretur, Episcopus more suo egressus visitare Xenodochium, stabulum transiuit œconomi, videntesque duos equos fortes & eleganti corpore, à comitantibus, cuius nam hi sint inquirit; sed illi procuratoris sui esse eos dicunt. Bene, inquit, magni sunt & fortes: certe portare habent precia & redemptiones captiuarum in terram POMERANORVM. Audierat enim quoddam de baptizatis suis in ciuitate barbararum gentium fuisse captiuatos. Sublatis ergo equis œconomus re agnita ad Episcopum venit, de via sua & negotijs suis insinuat, equituras repetit, quas si habere non possit, ad omnia se impeditum dicit. Cui Episcopus, Non irascaris, obsecro, lucrum quoddam & negotiationem cogitau: esto socius meus. Agamus pariter ut de fructu & lucro actionis pariter gaudeamus. Decem equos pannis oneratos in POMERANIAM missurus opera tua indigeo.

Omnem igitur pannum qui ad usus nostros in partibus SAXONIAE repositus seruatur in argentabis, insuper omnes pecunias de redditibus earundem partium ad nos pertinentium, quas colligere poteris cuncta simul ad nundinas HALLÆ portabis. Nostri etenim nobiles, puros, & preciosos pannos in terra POMERANORVM caros frugil mercatu HALLÆ inueniri. Igitur qdquid, ex prefata pecunia fustani, & purpure, purniati, fricati quoq[ue] seu alteri cuiuslibet

Nnn 2

libet

libet optimi generis vel coloris pannorum coemere poteris in sarcinas concludes, aliasque species glorioſas & res pulchras emens, omnia his iumentis in POMMERANIA M ditiges, partim dona maioribus, reliqua vero cauta venditione habita precium captiuis quos in barbaras nationes abductos constituerit. Hæc autem si, ut dictum est, ita exequi potuerimus, nec tu nec ego fructu inanis nec sine mercede in futura vita remanebimus. Hac etenim causa equitaturas tuas abstuli. Abiit homo & quia fidelis erat, omnia sicut Episcopus ordinauerat haud segniter impleuit. Munerantur honestiores, institutor OTTONIS laudatur, forum eius ac distractio populo rudi admiratio fuit & exemplo, certatimq; cuncti rapientes res duplo emebant, tum præ dilectione pontificis, tum etiam quia precium redemptionis esse sciebant.

*QVOMODO AMICITIAS
cum Bela rege Vngaria composuerint.*

XLII.



IS omnibus ad votum Episcopi explicitis, eundem economum mittit ad Regem HVNONIUM illum beatæ memorie BELAM, qui à patre suo COLOMANNO rege cum patre suo almo Duce in diebus adolescentiæ luminibus priuatus, postea in regnum sublimatus est, oculisq; fidei ac sapientia mentis præditus rem publicam VNGARORVM per annos plures gnauiter administrauit, plenus orationibus plenus & operibus bonis, & eleemosynis. Certus itaq; de strenuitate RUDULFI Episcopus, cui^o memoria semper in benedictione sit, qui ad omnia studia misericordiæ sedulus ei minister erat, ad prædictum regem BELAM magnum elemosy-